

may preserve us from the wickedness of wars, and through the banner of the holy Cross of Thy Son, may establish us in the security of Thy protection, to trample under foot the snares of the enemy's power. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord ...

Preface of the Holy Cross

IT IS TRULY meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death rose, thence also life might arise again, and that he who overcame by a tree, by a tree also might be overcome: through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The heavens and the hosts of heaven with blessed Seraphim unite, exult, and celebrate. And we entreat that Thou wouldst bid our voices too be heard with theirs, singing with lowly praise: — *Sanctus* ...

Communion

BY THE SIGN of the Cross, deliver us, O Thou our God, from our enemies, alleluia.

Postcommunion

FILLED WITH heavenly food and refreshed with spiritual drink, we beseech Thee, O almighty God, that from the malignant enemy Thou wouldst defend us, whom Thou hast bid to triumph through the wood of the holy Cross of Thy Son, the armor of justice for the salvation of the world. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord ...

intende: ut ab omni nos eruat bellorum nequítia, et per vexillum sanctæ Crucis Filii tui, ad contereñdas potestatis adversæ insídias, nos in tuæ protectiõnis securitate constituat. Per eundem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum ...

VERE DIGNUM et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus. Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur, per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cœli, cœlorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas, deprecámur, súpplici confessiõe dicentes: — *Sanctus*.

PER SIGNUM Crucis de inímicis nostris libera nos, Deus noster, alleluia..

REPLÉTI alimónia cælesti, et spiritali póculo recreáti, quæsumus, omnipotens Deus: ut ab hoste maligno deféñdas, quos per lignum sanctæ Crucis Filii tui, arma justitiæ pro salute mundi, triumphare jussísti. Per eundem Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat ...

Proper Prayers of the Mass in the Extraordinary Form

May 3: The Finding of the Holy Cross



Introit (Galatians 6 : 14)


NOS AUTEM gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectiõ nostra: per quem salváti, et liberáti sumus, alleluía, alleluía. *Ps.* 66:2. Deus misereátur nostri, et benedicat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. *V.* Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. — Nos autem gloriári ...

BUT IT BEHOOVES us to glory in the cross of our Lord Jesus Christ: in Whom is our salvation, life, and resurrection; by whom we are saved and delivered. *Psalms.* May God have mercy on us, and bless us: may He cause the light of His countenance to shine upon us; and may he have mercy on us. *V.* Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. — But it behooves us ...

Collects

DEUS, qui in præclára salutiferæ Crucis Inventiõe passiónis tuæ miracula suscitásti: concéde; ut vitalis ligni prætio, æternæ vitæ suffrágia consequámur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti ...

O GOD, Who in the glorious finding of the Cross of our salvation didst renew the miracles of Thy passion: grant that by the price of that lifegiving Wood, we may obtain the privilege of eternal life. Who livest and reignest ...

 Pope St. Alexander and Ss Eventius and Theodulus, Martyrs, and Saint Juvenal, Bishop and Confessor, are commemorated here, and also below at the Secret and the Postcommunion.

Epistle (Philippians 2: 5–11)

BRETHREN: Let this mind be in you which was also in Jesus Christ: Who being in the form of God, thought it not robbery to be equal with God; but emptied Himself, taking the form of a servant, being made in the likeness of men, and in habit found as a man. He humbled Himself, becoming obedient unto death, even to the death of the cross. For which cause God also hath exalted Him, and hath given Him a Name which is above all names: (*here all genuflect*) that in the Name of Jesus every knee should bow, of those that are in heaven, on earth, and under the earth; and that every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father..

Alleluia (Psalm 95: 10)

ALLELUIA, alleluia. Say ye among the Gentiles: the Lord hath reigned from a tree. **Alleluia.** (*From the hymn Crux fidelis:*) Sweet the wood, sweet the nails, sweet the load that hangs thereon: to bear the King and Lord of Heaven, no tree was worthy, save thou, O holy Cross. Alleluia.

Gospel (John 3: 1–15)

AT THAT TIME, there was a man of the Pharisees, named Nicodemus, a ruler of the Jews. This man came to Jesus by night, and said to him: Rabbi, we know that thou art come a teacher from God; for no man can do these signs which thou dost, unless God be with him. Jesus answered, and said to him: Amen, amen I say to thee, unless a man be born again, he cannot see the kingdom of God. Nico-

FRATRES: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum: et donavit ille nomen, quod est super omne nomen: (*hic genuflectitur*) ut in nomine Jesu omne genuflectatur cælestium, terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

ALLELUIA, alleluia. *℣.* Dicitur in gentibus, quia Dominus regnavit a ligno. **Alleluia.** *℣.* Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum, et Dominum. Alleluia.

IN ILLO TEMPORE: Erat homo ex Pharisæis, Nicodémus nomine, princeps Judæorum. Hic venit ad Jesum nocte, et dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Jesus, et dixit ei: Amen, amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

Dicit ad eum Nicodémus: Quómodo potest homo nasci, cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, et renásci? Respondit Jesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis renátus fuerit ex aqua, et Spíritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: et quod natum est ex spíritu, spíritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spíritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex spíritu. Respondit Nicodémus, et dixit ei: Quómodo possunt hæc fieri? Respondit Jesus, et dixit ei: Tu es magister in Israël, et hæc ignóras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, et quod vidimus testámur, et testimónium nostrum non accípitis. Si terréna dixi vobis, et non créditis: quómodo, si dixerero vobis cælestia, crédetis? Et nemo ascéndit in cælum nisi qui descéndit de cælo, Fílius hóminis, qui est in cælo. Et sicut Móyses exaltávit serpéntum in desérto; ita exaltári oportet Fílium hóminis: ut omnis qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam.

Offertory (Psalm 117: 16, 17)

DÉXTERA DÓMINI fecit virtútem, dextera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini, alleluia.

Sacrificium, Dómine, quod tibi immolámus, placátus

demus saith to him: How can a man be born when he is old? can he enter a second time into his mother's womb, and be born again? Jesus answered: Amen, amen I say to thee, unless a man be born again of water and the Holy Ghost, he cannot enter into the kingdom of God. That which is born of the flesh, is flesh; and that which is born of the Spirit, is spirit. Wonder not, that I said to thee, you must be born again. The Spirit breatheth where he will; and thou hearest his voice, but thou knowest not whence he cometh, and whither he goeth: so is every one that is born of the Spirit. Nicodemus answered, and said to him: How can these things be done? Jesus answered, and said to him: Art thou a master in Israel, and knowest not these things? Amen, amen I say to thee, that we speak what we know, and we testify what we have seen, and you receive not our testimony. If I have spoken to you earthly things, and you believe not; how will you believe, if I shall speak to you heavenly things? And no man hath ascended into heaven, but he that descended from heaven, the Son of man who is in heaven. And as Moses lifted up the serpent in the desert, so must the Son of man be lifted up: That whosoever believeth in him, may not perish; but may have life everlasting.

THE RIGHT HAND of the Lord hath wrought strength: the right hand of the Lord hath exalted me: I shall not die, but live, and shall declare the works of the Lord, alleluia.

Secret

LOOK FAVORABLY, O Lord, upon the sacrifice which we offer to Thee, that it